



Prot. N. 01036/2023-291/23/I

## DECRETUM

*PAENITENTIARIA APOSTOLICA, ad augendam fidelium religionem animarumque salutem, vi facultatum sibi specialissimo modo a Sanctissimo in Christo Patre et Domino Nostro, Domino Francisco Divina Providentia Papa tributarum, attentis precibus nuper allatis ab Rev. da M. Maria Eleonora Arana Almeida, Provinciali Superiorissima Congregationis Sororum Magstrarum a S. Dorothea Filiarum a Sacris Cordibus in Aequatoria-Mexico, in centesimo praesentiae anniversario ipsius Congregationis apud Aequatoriam Nationem, de caelestibus Ecclesiae thesauris plenariam benigne concedit Indulgentiam suetis sub condicionibus (sacramentali Confessione, eucharistica Communionem et oratione ad mentem Summi Pontificis) a sororibus omnibusque christifidelibus vere paenitentibus atque caritate compulsis, a die XV Maii MMXXIII usque ad diem XVIII Maii MMXXIV lucrandam, quam etiam animabus fidelium in Purgatorio detentis per modum suffragii applicare possint, si Napensem Cathedralem ecclesiam vel aliud iubilare templum, in forma peregrinationis inviserint et ibi iubilantibus ritibus peculiaribusque circumstantiis, ut in supplicibus litteris iam porrectis, devote interfuerint, vel saltem per congruum temporis spatium piis vacaverint considerationibus, concludendis Oratione Dominica, Symbolo Fidei invocationibusque Beatae Mariae Virginis.*

*Senes, infirmi omnesque qui gravi causa domo exire nequeunt, pariter plenariam consequi poterunt Indulgentiam, concepta detestatione cuiusque peccati et intentione praestandi, ubi primum licuerit, tres consuetas condiciones, si iubilantibus celebrationibus se spiritaliter adiunxerint, precibus doloribusque suis vel incommodis propriae vitae misericordiam Deo oblatis.*

*Quo igitur accessus, ad divinam veniam per Ecclesiae claves consequendam, facilius pro pastoralis caritate evadat, haec Paenitentia enixe rogat ut sacerdotes, opportunis facultatibus ad confessiones excipiendas praediti, prompto et generoso animo, celebrationi Paenitentiae sese praebeant.*

*Praesenti pro hac vice tantum valituro. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.*

*Datum Romae, ex aedibus Paenitentiarum Apostolicarum, die XVII mensis Aprilis, anno Dominicae Incarnationis MMXXIII.*

*Maurus Card. Piacenze  
Paenitentiarum Praesens*

*Christophorus Nykiel  
Securus*